6. Aprilis.

Beatiss: Pater
Post Sanctorum pedum oscula

Sanctissime Pater postquam praeteritis diebus ex Germania superiori ~~Bruxellam~~ [in Brabantiam] reversus essem, Sanctitatis vestrae literas sub ~~[illegible]~~ [vicesimo secundo] Augusti ad me Romae datas, ~~[illegible]~~ [Bruxellis] vicesimo octavo ~~[illegible]~~ Octobris [vivere] accepi. Exhibuit mihi ~~similiter~~ [insuper] et soror huius Galliae Belgicae Gubernatrix, quas Sanctitas vestra sub eodem dato, eademque de re, ad eam dederat literas legendas. Quanquam autem opere pretium non fuisset dictam Gubernatricem privatis commonere literis ut me in officio pietatis et obedientiae contineret, ~~[illegible]~~ [quippe cum] nihil aliud desiderem, quam Sanctitatis vestrae paternis monitis ultro obedire, tamen et vestrae sanctitatis ad me tuae et dictae Gubernatricis fraternae admonitiones mihi fuerunt quam gratissimae. Et quidem optarem illam haereticam pestem, quae praeter expectationem meam ex vicinis Galliarum locis in Principatum meum Auraicum irrepsit, eadem facilitate qua invecta est, e medio tolli et aboleri posse.

+ Ecclesiae Romanae ~~salutem~~ et recte ... et

1561. 16 ...

Koninklijk Huisarchief Den Haag
A 11/XIV B/40a-1
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/6005

Quapropter cum mihi adferetur huius communi malo, quod aliorum quoque Principatuum populos infecerit, propter tum temporum horum iniuriam, tum vero omnium hominum Christiani nominis hodiernam insaniam, non ~~Civilibus~~ poenis solum, sed etiam et quidem durissimis, privationibus ijsdemque, exilijs et severioribus rationibus subveniendum: Illico ad meos Auraici mei principatus Officiarios scripsi, ipse pro iure meo severe mandavi ut curent passim in Ecclesijs dicti principatus mei, nostrae Orthodoxae et Catholicae religionis doctrinam + pure et sincere [maiorum cum diligentia] doceri. Subditosque meos in ea omnimodo contineri; Contra autem facientes, et aliud aut palam aut secreto docentes sub proscriptionis et bonorum Confiscationis poena, nullius personae habito respectu, in carcerem puniendos conijci.

+ uti a maioribus accepimus.

+ propria s[...]

~~In eos autem post deinde~~ [Contra in transgressores et reos] ita me animadvertere constituisse ut detesti egenitas religionisque nostrae tuendae necessitas postulare videbitur. Idque potissimum ut tum meae obedientiae, qua me Sanctitati vestrae devinctum confiteor, specimen edam, tum ut fidei meae Catholicae, quam unice observavi et colui semper testimonium perhiberem.

Speraram autem Beatissime Pater, si Sanctitas vestra efficeret, ut viciniora primum Galliae Helvetiorumque loca [verae pristinae professionis] ~~Catholicae Ecclesiae~~ emendationi faverent, meam quoque provinciam quae vide infecta est, ab hoc malo

Koninklijk Huisarchief Den Haag
A 11/XIV B/40a-1
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/6005

facilius lauarj et literarj possit. Interim tamen quemadmodum
dixi, nihil intermittam opere, quin faciam ea, quae meorum
partium et Catholici principis + esse arbitrabor †. Deus opt:
Max: sit solummodo meus adiutor, et faxit ut gestus
et rerum series prosperae voluntatj meae respondeant. Ipse
sanctitatem vestram Deus opt: Max:, meque sanctitatj
vestrae, tanquam in Catholicae Ecclesiae gremium
humiliter commendatum cupio. Ex Breda ~~[illegible]~~ Belgarum
decimo sexto Novembris Anni ... millesimi quingentesimi
quinquagesimi primi.

\+ propria factura

diligentia

Vestrae Sanctitatis et Catholicae Romanae
Ecclesiae obedientis membrum.

† ~~Haec~~ autem sanctitatj vestrae respondi
ideo, ut quid sit de me ~~[illegible]~~ magis
diligentia fide et opere in conservanda
nostra Catholica religione publicaj possit
intelligi ~~[illegible]~~.

Guilhelmus Oraniae Princeps, Comes
in Nassau, Catzenelnbogen etc Baro in
Breda etc Burgundiae, Hollandiae gubernator

Koninklijk Huisarchief Den Haag
A 11/XIV B/40a-1
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/6005